

9384 imp. Had. Au|g.¹, definitio | silvarum.

In Libano monte, inter Zahle et Chouaïr, saxum translatum Berytum (Jalabert et Mouterde mél. de la faculté orientale de Beyrouth 4, 1910 p. 211 imaginem). — 1) Litterae IMP H, item AV contignatae.

9385 imp. Had. Aug.¹, d. f. s.² | AGIVCP³.

In Libano monte, prope vicum Karteba (a Byblo orientem versus), bis (vel etiam saepius) vivo saxo inscriptum (III 180^m repperit et descr. Renan mission de Phénicie p. 275). — 1) Litterae IMP et AV contignatae. — 2) Definitio silvarum, cf. N. 9384. — 3) Arborum genera quattuor, cetera privata.

9385^a arborum genera IV, cetera privata.

In Libano monte, prope vicum Tula (a Byblo sept. versus), item loco dicto Beidar el-Hadjil aliisque, vivo saxo inscriptum (III 180¹ repperit et descr. Renan mission de Phénicie p. 263, 264). Plerumque videtur iuxta positum fuisse imp. Had. Aug.

9386 Had. Aug. d. f. | s. n. CXXCIV.

In montibus sitis inter fluvios Adonidem et Lyceum, loco dicto Djoreide, in regione nivis paene perpetuae vivo saxo inscriptum (III 180^g repperit et descr. Renan l. c. p. 278). In titulo gemello in eadem regione extante ante Hadriani nomen nonnulla scripta fuerunt quae legi non potuerunt, et in fine erat n. CCXXXV. De his numeris cf. Jalabert l. c. (ad N. 9384) p. 214.

Similes inscriptiones non multo minus centum in hac regione observatae sunt (cf. Renan l. c. p. 258 seq.).

9387 Caes. n. | s. f. r. g.¹ (*In trium cipporum parte aversa*) civit.² Thugg.; | t. p.³ per Tiberino | Aug. lib. praeposito | mesorum⁴; (*in reliquorum parte aversa*) civit. | Thugg. | n. V vel VI cet.

Ab oriente Thuggae, in iugo montium appellato Djebel Khalid et Djebel ech Cheid, cippi quindecim (VIII S. 25988 repperit et descr. L. Poinsot qui plerasque edidit comptes rendus de l'Acad. des inscr. 1907 p. 471 seq.). — 1) Caesaris nostri, saltus fundi . . . (nomen proprium eius fundi). — 2) Civitatis. — 3) Termini positi. — 4) Sic in uno ex cippis, mesoribus in alio, mes. in tertio.